



COMMENTARIOLI INTERPRETIS
 TABULÆ HERMETICÆ

CAPUT I.

*Tabula Hermeti in vitiis quibusdam
 asseritur.*

HX quo Chemicè scribi cœptum est, homo natus inventus nemo fuit, qui vel paria sub angusto orationis tegmine secreta propalaverit, atque Tabulâ è Smaragdo lapide *Trismegistus Hermes*. Duo tamen (quod Chemicorum querulæ hac de re voces testantur,) usum ejus minus expeditum reddidêre; interitus verborum Philosophi ore delapsorum, & interpretum, ut lenissimè dicam, licentia: quorum sicut alteri versione nostrâ *Phœnicio-Ehraicâ* consultum sic fatis à nobis est; nativis Latinorum in locum repositis: ita nunc alteri *Commentariolus* hic me debetur pro viribus. Eo enim & rationem translationis nostræ reddituri sumus, & castigaturi, si quæ ab interpretibus commissa, & sensum deniq; quem vocant, literalem sic enucleaturi, ut prudentioribus comitis instar simus, ad celsas Divæ Chemiæ arces tendentibus. Quæ lectorem meum ipso opere experiri malo, quam pluribus prædicata heic intueri. Ante omnia verò *de auctore Tabulæ* dicendum venit commentaturo mihi. Viri enim aliquot eruditissimi, nescio quâ vi compulsi, non dubitant sententiam eorum, qui Tabulam hanc in claritatem Hermetici nominis referre consenserunt, falsi argu-

argu-